

Heinrich Rahn Hermann Lembke


Disputatio Inauguralis De Intercessione Foeminarum

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766447987>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.
Z 16.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
INTERCESSIONE
FOEMINARUM,

Quam

DEO TER OPT. MAX. AUSPICE,
Ex Decreto & Autoritate Magnifici
& Amplissimi Jctorum Ordinis in inclyta

Rostochiensis Academia

SUB PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI AC CONSULTISSIMI
DN. HENRICI XASNERI / J. U. D.

Prof. Publ. ac Facultatis Juridicæ p. t. DECANI
spectatissimi, Fautoris ac Promotoris sui
honorandi,

Pro consequendis IN UTROQUE JURE summis
honoribus & privilegijs

DOCTORALIBUS,

Publico Examine subijcit

HERMANNUS LEMBRE /

Rostoch. & Univers. patr.

Secretar.


In Auditorio Majori, die 3. Junij, Horis
ante & post meridianis.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. Anno 1647.

Universitäts
Bibliothek
Rostock



IN NOMINE JESU.



um exulceratissimo hoc seculo, in quo per belli continui calamitates credita & debita ingravescent, divitiæ verò ac fides decrescent, nihil ferè sit frequentius, quàm ut creditores blanditiis fœminarum, pro minus idoneis debitoribus intercedentium, ad facilius credendum inducantur, & hac ratione, dum quàm optimè sibi cautum existimant, pessimè eludantur, imò ad incitas sæpè redigantur, si fœminarum personâ subductâ, debitoris inopia petitionem actoris excludat, non abs re fore putavi quotidianam hanc *de Intercessione Fœminarum* materiam loco Inauguralis Disputationis strictim proponere, ut, quantum fidei hac in parte fœminis sit attribuendum, exinde conspici possit.

THESIS I.

Intercessionis vocabulum ab intercedendo descendere, nemini est incognitum. Intercedendi autem verbum varias apud Classicos Authores reperitur habere denotatio-

nes, quas omnes nunc rimari, nec instituti mei, nec pagellarum, Statuto Academico præscriptarum, ratio admittit. Sufficiat im- præsentiarum significationem *περὸν ἡν* & artis nostræ legiti- mæ, h. e. Jurisprudentiæ maxime propriam annotasse, quâ Inter- cedere est, se pro alio alij obligare, seu, alienam obligationem apud alium in se suscipere *l. 2. §. 5. l. 8. §. 1. ff. l. 1. l. 18. junct. l. 2. C. ad SCrum Vellejan.*

II.

Fœminarum voce comprehendo omnes personas, quæcunq; fe- x9 sunt fœminini, *l. 2. §. 1. 2. §. 3. ff. ad SCrum Vellejan. l. 25. §. 9. de aur. & arg. leg. non solû uxores d. l. 2. pr. l. ult. §. 2. ff. ad SCrum Vellej. Auth. si qua mulier. C. eod. ac Viduas, l. un. pr. C. de rapt. virgin. Sed etiam virgi- nes, arg. l. 81. §. 2. de legat. 3. l. 13. pr. de V. S. ibiq; Godd. tam solutas, quàm desponsatas, arg. d. l. un. pr. C. d. rapt. virg. Modò tamen ta- les existant quæ intercedere possint, h. e. modò ob judicii defectum vel aliud animi aut corporis vitium ab Intercessione non exclu- danur, arg. §. 8. & 9. Inst. d. inutil. stipul. l. 6. d. V. O. §. 1. & 3. J. quib. non est permiff. fac. test. l. 10. in pr. C. qui testam. fac. poss.*

III.

Est igitur Intercessio Fœminarum nihil aliud, quàm obligatio, quâ fœmina apud alium pro alio suscipit id, quod is debet, debitu- rusve erat: Jure quidem Naturali valida, Jure autem Civili regula- riter improbata. *l. 2. §. 5. l. 8. §. 1. l. 16. §. 1. ff. l. 1. l. 2. l. 18. C. ad SCrum Vellej.*

IV.

Ex qua Definitione notandum venit primò Genus, deinde Differentia: Generis loco collocatur Obligatio. Fit enim quæ- vis Intercessio obligando, & ubi non est obligatio, ibi quoq; non est intercessio, *t. t. ff. & C. ad SCrum Vellej.* Hinc ea, quæ libera- litatem exercet, *l. 4. §. 1. l. 21. §. 1. ff. eod.* (quod tamen rarò ac- cidit *l. 16. C. de donat. ant. nupt.* cum hic sexus naturâ sit avarus & pecuniæ tenax, *l. 33. §. 1. de donat. int. vir. & uxor.*) quæ pignus ac- ceptum debitori liberat. *l. 8. pr. ff. ad SCrum Vellej.* vel constante ma- trimonio jus hypothecarum seu pignorum marito remittit, *l. 11. l. 21. C. eod. vid. Zanger. tr. de Except. part. 3. e. II. n. 41. & seqq. Andr. Rauchb.*

Rauchb. *part. 1. quest. 34. n. 24. & seqq* Berlich. *part. 2. conci. 28. per tot. quæ, cum non erat obligata, solvit, l. 1. l. 4. in f. C. ad SCt. Vell. vel debitorem suum delegat, l. 5. l. 8. §. 5. ff. eod. intercedere dici non potest.*

V.

Differentia continet Causas & Effectum : Causæ sunt vel Efficiens, vel Formalis, vel Materialis, Causa Intercessionis Efficiens est Fœmina, de quâ cum jam dictum sit *θ. 2. eò Lectorem ablegamus.*

VI.

Causa formalis est, quòd obligatio hæc foeminarum suscipiatur apud alium pro alio, h. e. quod tres distinctæ personæ ad Intercessionem concurrant, nimirum, Mulier à qua, Creditor apud quem, & Debitor pro quo fit intercessio *l. 2. C. ad SCt. Vellej.* Non igitur apud eundem pro Eodem mulier propriè intercessisse intelligi potest *l. 19. pr. l. 8. §. 1. ff. eod.* Ratio, quia mulier apud Eundem pro Eodem intercedens, alienam Obligationem non suscipit, sed sese principaliter obligat. *d. l. 8. §. 1. ff. l. 6. pr. C. ad SCt. Vell. quibus tamen perperam Obiicitur ejusd. l. 6. §. 1. & 2. C. eod. Duar. comm. in d. lit. C. cap. 2.*

VII.

Nec magis propriè intercedere mulier dici potest, si apud alium pro Seipsa, h. e. in rem & utilitatem propriam interveniat, *l. 13. pr. l. 21. pr. ff. ad SCt. Vell.* Obligando se alij pro suo creditore, *d. l. 13. pr. ff. l. 2. C. eod.* aut per delegationem se eam vice sui creditoris constituendo, *d. l. 2. C. l. 24. pr. ff. eod.* aut debitricem suam viro, ut hic creditori ejus pecuniam solveret, delegando, & fidem suam pro delegata apud virum obstringendo, *l. 27. §. 2. ff. eod.* aut acceptam hac lege pecuniam ut eam vel creditori dantis solveret, vel expromitteret, retinendo & expromittendo *l. 22. ff. eod.* Hisce enim & aliis in *l. 15. l. 25. l. ult. pr. ff. ad SCt. Vell.* comprehensis casibus, licet primâ quidem facie alienam obligationem suscipere videatur, re verâ tamen propriam recipit & magis suum quàm alienum negotium gerere censetur *dd. 4. Duar. d. cap. 2.*

VIII.

Causam Materialem constituit omnis aliena Obligatio; Sive

ea sit verbalis, sive realis, sive quæcunq, alia, l. 2. §. 4. ad SCt. Vell.
non solum jam tum constituta, sed etiam adhuc constituenda: Sus-
cipit enim Mulier alienam Obligationem, vel Veterem vel Novam.
l. 8. §. 1. ff. l. 18. C. eod. Veterem iterum, vel Participando vel Trans-
ferendo. l. 4. C. eod. Wefenb. *æ. ad b. t. n. s. conf.* Duar. d. c. 2.
Hüllig. in Donell. enucl. l. 12. comm. cap. 29. lit. D.

IX.

Participando: Cùm Mulier ad priorem Obligationem acce-
dit, eamq; suâ suarumve rerum obligatione adauget, quod variè
contingit, veluti 1. Si pro alio fidejubeat: l. 2. §. 1. l. 25. §. 1. ff. l. 3.
C. ad SCt. Vell. l. 48. de fidejuss. Est enim fidejussio quædam princi-
palis obligationis accessio, §. 5. §. 7. de fidejuss. eandemq; non tollit
sed potius auget, adeoq; mulier fidejubendo intercedens alienam
obligationem non transferre, sed particeps ejusdem tantummodo
fieri perhibetur. 2. Si constituat se soluturam, quod alius debet.
l. 1. §. 1. d. constit. pecun. 3. Si mandet alicui ut pro alio apud alium
intercedat. l. 6. §. 7. ff. ad SCt. Vell. 4. Si rem suam pro alio pigno-
ri supponat. l. 8. pr. ff. l. 4. C. eod. Treutl. vol. 1. Diss. 25. th. 1. lit. f. g.
Bocer. cl. 2. Diss. 17. th. 33. Coll. Jur. Argent. ad b. t. th. 4. Duar. ad
eund. d. cap. 2. Zanger. de Except. part. 3. c. 11. n. 16. & seqq.

X.

Transferendo: cùm per novationem veterem debitorem libe-
rat, & se solam obligatam facit, Zanger. d. loc. n. 15. Ut puta, si expro-
mittat quod alius debebat, l. 8. §. 8. ff. ad SCt. Vell. Aut alienum de-
bitorem in judicio defendat. l. 2. §. f. eod. junct. l. 3. §. 11. de pecul.
l. 11. §. 1. d. novat. l. 22. §. 23. C. d. procur. Treutl. d. th. 1. lit. S. Bo-
cer. d. th. 33. Coll. jurid. Arg. ad loc. Per alienum autem debitorem
intelligo eum, qui damnatus adversus mulierem regressum non ha-
bet; Secus, si v. c. venditorem hereditatis à creditoribus hereditariis
pulsatum, mulier emprix; vel fidejussorem suum, à creditore con-
ventum, eadem debitorum defendat, Intercessisse non putabitur l. 3.
l. 13. pr. ad SCt. Vell.

XI.

Novam obligationem suscipit, si, cùm alius esset mutuam pecu-
niam accepturus, calliditate creditoris & debitoris interposita sit
mulier, quæ acciperet, atq; sese ab initio ream constitueret l. 8. §. 14.
ff. l. 4.

32
ff. l. 4. l. 19. C. eod. Quod si verò re verà contracturus non eratis, pro quo mulier pecuniam accepit, quantumvis eam postea in utilitatem illius converterit, verè Intercessisse negatur, cum hic non sit quaesitus color, quo Leges de Intercessione foeminarum latae eluderentur, cujusmodi facti species proponuntur in l. 4. §. 1. l. 27. pr. ff. §. l. 13. C. ad SCt. Vellej. Duar. ad h. r. d. c. 2. Zanger. d. cap. 11. n. 26 & seqq. Tantum de Causis, sequitur nunc Effectus.

XII.

Effectus Intercessionis alius est respectu Mulieris intercedentis, alius respectu Creditoris. Respectu Mulieris, quòd illa ex Intercessione sua Naturaliter h. e. Jure Gentium teneatur l. 84. §. 1. d. R. J. eò, quòd voluntatem ac consensum, qui ex Jure Naturali descendit, & obligationis inde promanantis est fundamentum, interposuerit, quodq; consensus iste naturali æquitate sit corroboratus, quatenus scil. æquum est fidem datam servari & quæ obligandi animo promissa sunt, præstari l. 1. de pact. l. 1. de constit. pecun. Mart. Benckend. ad. l. 2. d. R. J. Sect. 2. memb. 5. part. 2. art. 1. n. 13 & seqq. conf. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 22. §. 4. lit. b.

XIII.

Quia tamen Jure Civili hæc Mulierum Intercessio regulariter est improbata, fit, ut exindè mulier cum effectu conveniri nequeat, sed certis Remediis Judicialibus se tueri, suasq; res sanctas rectas servare possit l. 2. §. 2. l. 16. §. 1. junct. l. 8. §. 9. & 12. ff. §. l. 9. C. ad SCt. Vell.

XIV.

Jus improbens Foeminarum Intercessionem, in specie dicitur Senatus Consultum Vellejanum, à Conf. Vellejo Tutore, qui cum collega suo M. Silano hac de re ad Senatum verba fecit, sic appellatum. l. 2. §. 1. ff. h. r. Junct. arg. §. 4. & 5. ff. de fideicom. hered. pr. J. de SCt. Orphis. Treutl. d. D. 25. th. 1. lit. b. & temporibus Imper. Neronis, secundum communiorem & veriorem Dd. opinionem, promulgatum. arg. l. 16. §. 1. ff. ad SCt. Vell. junct. l. 2. §. ult. vers. huic successit. de Orig. Jur. Tacit. lib. 15. & 16. Annal. Coll. Jur. Arg. ad SCt. Vell. §. 3.

XV.

Verba hujus SCti extant in *alt.* l. 2. §. 1. h. r. Quibus manum coræ rectoriam Interpretes nostri variè adjiciunt; inprimis Hotom. qui

1. Obs.

1. Obs. 15. & 4. Obs. 15. pro mutuidationes supponit mutuationes, ex hac ratione, quòd SCtm non prohibeat, ne mulieres dent mutuã pecuniã, sed ne pro aliis accipiant, atquè sic non activis sed passivis foeminarũ Obligationib⁹ auxilium promittat. Nos autem cum Cujac in tr. 4. ad Afric. & ad l. 17. & 19. b. t. vulgatam atquè communem locutionem retinendam arbitramur; Tùm quia verborum correctio, quantum fieri potest, est vitanda, arg l. 23. d. LL. Tùm quia mutuidationis vocabulum etiam ad debitorem referri videmus in l. 27. ff. de reb. cred.

XVI.

Causa SCti Velleiani Impulsiva fuit, quòd, cùm in naturalis pudoris, qui mulieres non omnibus perperã sese manifestare concedit, l. 14. C. d. contr. & committ. stipul. contumeliam vergeret, conventibus virorum ac judiciis frequenter interesse l. 21. C. d. procur. jam tùm foeminis officia civilia, etiam ea, in quibus sola opera nudumq; ministerium versaretur, Jure Moribus recepto, adempta essent l. 1. §. 1. ff. ad SCt. Vell. Cui accessit Finalis, ipsa videl. sexus commiseratio, idèò namquè ab Intercessionis officio mulieres excludere, iisq; deceptis opem ferre Amplissimis Ordo voluit, ne ex Imbecillitate & infirmitate sua læderentur, aut sese pro aliis obligando pauperiores efficerentur, periculumq; rei familiaris sustinerent d. l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. ff. eod. l. 2. d. R. J. l. 18. C. d. procur. cùm plerumquè foeminarum adversus propria commoda inveniatur laborate consilium l. ult. in f. C. de sponsal.

XVII.

Eadem commiserationis causa facit, quòd quamvis maritus constante matrimonio verus sit rerum dotalium Dominus, §. 41. J. d. R. D. §. 1. J. quib. alien. lic. l. 41. §. 4. ad munic. junct. l. 49. d. U. S. l. 7. §. 3. ff. l. 11. l. 23. l. 30. C. de Jur. dot. l. 9. C. d. R. V. junct. l. 23. ff. eod. prædium tamen dotale inæstimatum alienare vel obligare, etiam consentiente uxore, Legibus nostris prohibeatur, t. t. ff. & C. de fund. dot. Nescil. sexus muliebris fragilitas, quæ facilè maritorum seductionibus decipitur, Nov. 61. c. 1. §. 2. in substantiã earum perniciem convertatur d. §. 1. J. quib. alien. lic. aut naturæ suæ fragilitate inrepentinam inopiam deducatur. l. un. §. 15. C. de rei uxor. act. junct. l. 2. d. Jur. dot. l. 1. solus. marr.

XVIII.

Remedis illa, quæ intercedenti mulieri competere diximus, sunt 1. Exceptio Senatus Consulti Vellejani, quâ sese defendere potest Fœmina, si ex intercessione suâ à creditore conveniatur. *l. 2. §. 1. l. 23. ff. l. 2. l. 8. l. 16. C. ad SCt. Vell.* Hæc Exceptio est perpetua, *l. 40. de condit. indeb. rei q; cohæret, l. 7. §. 1. de Except.* & opponi potest non solum ante, sed & post condemnationem ad impediendam executionem; maximè si originem suam habuit post sententiam, aut prius opponi non potuit, quàm in termino petitiæ executionis. *l. 11. ff. ad SCt. maced. junct. l. 8. §. 2. h. t. Sichard. ad rubr. Cod. de SCt. mac. §. h. t. n. 9 Coll. Jur. Arg. h. t. § 9 Bocer. cl. 2. D. 17. th. 36. §. cl. 6. D. 12. th. 84.* Interdum tamen doli mali replicatione eliditur. *l. 6. ff. l. 18. C. b. t. Treutl. d. D. 25. th. 2. lit. a.*

XIX.

Cæterùm ex Novioribus Justiniani Constitutionibus Exceptio-
ne hac mulier non indiget, sed ipso Jure tuta est, & quidem Duobus
Casibus, quorum Alter continetur *l. 23. §. ult. C. ad SCt. Vellej.* Si
intercedat absq; publico instrumento tribus testibus obfirmato;
Tum enim pro nihilo habetur scriptura vel sine scriptis obligatio,
tanquam neq; confecta, neq; penitus conscripta fuisset, neq; SCti au-
xilium imploratur, sed libera est & absoluta, tanquam penitus nul-
lo in eo subsecuto. *d. l. 23. §. ult. Treutl. d. th. 2. lit. b. Bocer. d. D.
17. th. 34. Zanger. de Except. d. c. 11. n. 115. Marc. Benekend. ad l. 2.
d. R. J. fall. 1. sect. 2. memb. 5. part. 2. art. 1.*

XX.

Alter Casus reperitur in *Novell. 134. c. 8. §. Auth. inde desumpta,*
Si qua mulier. C. ad SCt. Vellej. Si uxor pro marito suo intercedat,
h. e. si crediti aut alterius cujuscunq; contractus *arg. l. 1. d. reb. cred.
l. 11. d. v. S.* Instrumento, viro consentiat, vel scribat & propriam
substantiam aut seipsam obligatam faciat: Tum nullatenus id
quicquid gestum est valet; licet multoties hanc suam intercessio-
nem mulier repetierit, *d. Nov. §. Auth.* Vel etiam beneficio hujus

B

Novæ

Novæ constitutionis cum juramento expressè renunciaverit. *arg.*
l. 5. C. d. Legib. Quod posterius tamen de Jure Canonico secus se
habet, quo omne juramentum, quod absq; dispendio æternæ sa-
lutis servari potest, nec in alterius præjudicium vergit, est servan-
dum per *c. ex rescripto. 9. & c. cum contingat. 23. X. de jurejur.* Ber-
lich. *part. 2. concl. 19. n. 55. & multis seqq.* Tessaur. *decis. pedem. 223.*
Andr. Rauchb. *part. 1. quest. 34. n. 11. & seqq.* Andr. Gail. 2. *Obs.*
89. & 90.

XXI.

Sed Num id quod de Uxore in *d. Nov. & Auth.* traditur, etiam
ad Sponsam extendi debeat, non inutiliter hic quaritur? Et Affir-
mativam veriore esse evincit, Tum eadem, quæ pro maritata mi-
litate, ratio, ne scil. blanditiis & nimio sponsi amore seducta, in
propriæ substantiæ perniciem ruat, dum illius voluntati obsecun-
dare studet; *arg. §. 1. J. quib. alienar. lic. Nov. 61. c. 1. §. 2. Mart.*
Benekend. *in d. 17. ad l. 2. de R. J. sect. 2. memb. 5. part. 2. art. 1. n.*
304. & seqq. Tum quòd aliàs quoq; sponsa non solum in odiosis
& pœnalibus, *l. 3. ad L. pompei. de parric. l. 13. §. 3. ad L. Jul. de A-*
dult. Sed etiam in favorabilibus *l. 15. de condit. & demonstr. l. 6. & 8.*
de gradib. l. 4. de fund. dot. l. 2. §. 1. d. privil. credit. l. 15. §. 24. de
injur. l. 5. C. d. bon. qualibet. uxoris loco habeatur arg. l. 30. d. R.
J. c. qui desponsatam. c. genuit. & c. priusquam. 27. q. 2. Conr. Mau-
ser, in tit. d. nupt. in pr. pag. m. 306. Wefenb. π. de sponsal. n. 7. Ba-
chov. in Treutl. vol. 2. D. 6. th. 1. l. a. Berlich part. 3. concl. 25. per
tot. Gail. 2. Ob. 80. per tot.

XXII.

Prædicta tamen nostra Assertio potissimum limitatur & uxor
pro viro efficaciter intercedit; Si manifestò probetur quòd pecunia
in ipsius uxoris utilitatem fuerit expensa; vel luxu & vestitu ejus
(uti sæpè fit) dilapidata. *d. Nov. 134. c. 8. & Auth. si qua mulier. in*
f. C. ad 3Ct. Vel. Berlich. part. 2. concl. 19. n. 72. & seqq. Hering.
de fidejuss. d. cap. 7. n. 405. Andr. Rauchb. d. quest. 34. n. 13. & 14.
Tessaur. decis. 223. n. 2. & 4. Gail. 2. Obs. 89. Vel si, de Jure Lube-
centi,

32
censi, uxor fuerit mercatrix, Welche aus vnd einkaufft / offe-
ne Laden vnd Fenster helet / mit gewicht / Wage / Maas
vnd Ellen aus vnd einwieget vnd misset: Jus Lub. lib. 3. tit.
6. art. 21. modò tamen hoc ipso non nudas tantùm marito præ-
stet operas, sed in proprium insimul negotietur commodum; Talis,
inquam, pro marito fidejubens, firmiter obligatur & pro eo con-
ueniri potest. J. L. lib. 1. tit. 5. art. 7. ibi. Es were dann / daß
die Fraw mit gelobet / welches doch dahin zu verstehen /
wann Sie eine Kaufffraw gewesen: Vid. David. Mevii
comm. in d. art. 7. n. 113. & seqq. & Gail. 2. Ob. 90.

XXIII.

An verò Uxor mariti nomina & obligationes emendo, pro
marito firmiter conueniri possit, non usquequaq; est expeditum:
Utpota, maritus multo ære alieno gravatus, quotidie à creditori-
bus ad solutionem urgetur, uxor ipsius ægrè hoc ferens, ut vexam
mariti redimat, cum ejus creditoribus paciscitur, ut sibi nomina
mariti pro certa quadam pecuniæ summa vendant, se enim facile
illud debitum ex bonis mariti vel jure retentionis vel aliter conse-
cuturam; Annuunt creditores, & post aliquod temporis interval-
lum suum petunt: Quæritur an mulier eos Beneficio sæpe dictæ
Auth. repellere possit? Et mulierem non esse audiendam sed loco
mariti excutiendam, per rationes ex l. 13. pr. l. 25. §. 1 l. 27. §. 2.
l. 19. §. 3. ff. l. 6. pr. C. ad SCr. Vell. ab Ant. Hering: de fidejuss. c. 7.
n. 417. & seqq. adductas, rectè statuitur.

XXIV.

2. Remedium, quod mulieri intercedenti competit, est Con-
ditio Indebiti, si scil. contra SCr. obligata per errorem pecuniam
soluerit, l. 8. §. 3. l. 24. §. 2. ff. l. 9. C. ad SCr. Vell. l. 40. d. condit.
indeb. Vel debitorem suum delegaverit: Cùm delegatio pro solu-
tione habeatur d. l. 8. §. 3. l. 18. de fidejuss. l. 187. d. V. S. Dico per
errorem, quæ enim sciens se Auxilio Vellejano munitam esse, solvit,
huic Remedio renunciare & donare censetur, arg. l. 8. §. 10. ff. ad
SCr.

B 2

SCr.

SCt. Vell. l. 21. §. 1. de inoff. testam. l. 26. §. 3. de condict. indeb. l. 53. de R. J. Treutl. l. D. 25. th. 2. lit. d.

XXV.

3. Datur mulieri intercedenti Rei Vindicatio; Si rem suam contra SCtm alicui obligaverit & tradiderit, *l. 39. §. 1. d. R. V.* quâ non tantum rem ipsam, sed etiam omnium fructuum accessionem recipere poterit. *l. ult. §. 1. ff. ad SCt. Vell.* 4. Deniq; competit Re-
plicatio; in casibus ab Africano lib. 4. quæst. *l. 17. §. 1. ff. eod. & Pomponio lib. 1. SCtor. l. ult. §. 2. ff. eod. propositis. Treutl. d. D. 25. th. 2. lit. d. Bocer. d. D. 17. th. 37. Coll. Jur. Arg. h. t. th. 20.*

XXVI.

Quandoquidem verò ad Intercessionem Fœminatum, ex harum persona nonnunquam accedunt Fidejussores, *l. 16. §. 1. ff. l. 14. C. ad SCt. Vell. l. 7. §. 1. d. Except. Procuratores, l. 30. §. 1. l. 32. §. 3. ff. eod. ad SCt. Vell.* nec non per successionem earundem Heredes: *l. 20. C. eod. junct. l. 24. de V. S.* Hos quoq; Jus nostrum indefensos relinquere noluisse, ex alleg. texx. apparet. *Coll. Jur. Arg. h. t. th. 7. Wefenb. w. eod. n. 4. Treutl. d. D. th. 3. Hillig. in Den. enucl. lib. 12. c. 30. lit. a. Sichard. ad Rubr. C. h. t. n. 8.*

XXVII.

Effectus Intercessionis Fœminarû respectu Creditoris est, quòd illi ex æquitate detur Actio adversus veterem ac principalem debitorem, ad præstandum id, quod aliàs intercedens mulier præstare debuisset: *l. 1. §. 2. l. 16. §. 1. ff. ad SCt. Vell.* Æquum enim visum est mulieri quidem, quæ intercessit, succurri, sed tamen ita, ut creditoris quoq; quoad ejus fieri potest, ratio habeatur, ne is damno aliquo afficiatur. *Wefenb. w. h. t. n. 8.*

XXVIII.

Cùm verò mulier non uno, uti ex superioribus constat, modo intercedat, sed vel Veterem vel Novam in se suscipiendo obligationem: Illo casu pristina actio adversus debitorem creditori restituitur, *l. 14. d. l. 16. §. 1. ff. ad SCt. Vell.* inde quoq; Restitutoria, *l. 8. §. 9. 12. §. 13. ff. l. 8. C. eod.* aliàs Rescissoria, *l. 16. C. eod.* vel etiam Utilis *d. l. 8. §. 8. ff. eod.* dicta. Hòc autem Nova, quâ ipsa mulier, si SCtrum non impediret, teneretur, adversus eundem qui debitor futurus erat infli-

32
instituitur, l. 8. §. 14. ff. ad Sct. Vellej. à Dd. non malè Institutoria,
ad differentiam superioris, indigitata, Gothofr. in Not. ad d. l. 8. §. 14.
Trentl. d. D. 25. th. 6. Utraq; & Heredibus & in Heredes competit &
quidem, cum rei habeant persecutionem, perpetuò, l. 10. ff. eod.
Modò tamen, quoad Restitutoriam, pristina quoq; actio perpetua
fuerit. l. 24. §. f. ff. eod.

XXIX.

Diximus th. 3. & th. 13. Intercessionem Fœminarum à Jure
Civili improbari Regulariter: Dantur enim casus, quibus Interces-
sio illa etiam de Jure Civili rata ac valida habetur, ita ut efficaciter
exinde mulier conveniri possit. Casus illi præcipuè sunt 1. Si pro
servo manumittendo manumissionis pretium promiserit. l. pen. C.
ad Sct. Vell. Ubi & Ratio additur; Satis enim acerbum esset &
pietatis rationi contrarium, dominum servi, qui crediderit mulie-
ri, sive soli, sive post servi promissionem, & libertatem servo impo-
nere & suum famulum perdere, & ea minimè accipere, quibus fre-
tus ad ejusmodi venit liberalitatem. Hillig. in Donel. enucl. lib. 18.
comm. c. ult. in pr. Sichard. ad rubr. C. d. t. n. 14. Hering. de fidejuss.
d. c. 7. n. 437.

XXX.

2. Si dotis causà intercesserit, h. e. si fœmina major 25. an-
nis dotem pollicita sit, vel sponderit pro qualibet muliere, cum
qua matrimonium licitum est: Tum enim, omni autoritate Scti
Velleiani cessante, ex suà promissione omnimodò tenetur. l. ult.
junct. l. 12. C. ad Sct. Vell. & l. 41. pr. ff. de jur. dot. Quamvis
Franc. Connan. hoc casu nullam intercessionem factam, sed sim-
plicem tantum obligationem à muliere susceptam asserat: vid.
Duar. comm. ad h. t. cap. 2. Hering. de fidejussor. d. cap. 7. n.
452. & seqq.

XXXI.

Ratio nostri Asserti est Favor Dotis, propter quam plurima,
humanitatis gratià, contra Legum severitatem, introducta sunt
privilegia: d. l. ult. C. ad Sct. Vell. l. 1. l. 24. ff. solut. matr. junct.
l. 2. ff. l. 29. C. de jur. dot. §. 29. J. de actio. t. t. de privil. dot.
Inter quæ non minimum & hoc est, quòd uxor ratione dotis, post
disolutum matrimonium, omnibus mariti creditoribus, anterio-
rem hypothecam, non solum tacitam, sed etiam expressam haben-
tibus, præferatur. per d. §. 29. J. de act. l. 30. C. de jur. dot. l. assi-

duh 12. C. qui potior. in pign. ex quo textu 5. rationes pro hac nostra sententia deduci possunt, quas in discursu videbimus, Nov. 97. c. 2. Nov. 109. c. 1. Fachin. 3. contr. cap. 99. Treutl. vol. 2. Disp. 24. th. f. lit. b. ibique Bacchov. Mynsing. Cent. 2. Obs. 13;

XXXII.

3. Si mulier specialiter Senatus Consulto Velleiano renunciaverit, de quo tamen non omnium eadem est opinio: Aliis renunciationem hanc subsistere simpliciter asserentibus: *Glosf. in l. f. §. pen. ad S Ct. Vell. Petr. Faber ad l. 2. d. R. I. ibidemque Phil. Matth. Gail. 2. Obs. 77. Fachin. 2. contr. cap. 60. Treutl. vol. 1. D. 25. th. 4. lit. f. Aliis è contra negantibus: Donel. lib. 12. comm. cap. 32. ibique Hallig. lit. d. Gometz. var. resol. 13. num. 17. Duar. comm. ad h. t. cap. 2. inf. Arum. Exerc. 19. th. 8. Aliis inter renunciationem judicialem & extrajudicialem distingentibus: Franc. Conn. 6. comm. cap. f. n. 9. Wesenb. x. h. t. n. ult. Bachov. ad Treutl. d. D. 25. th. 4. lit. f. Hering de fidejuss. d. c. 7. n. 469. ita ut hanc controversiam Imperiali decisione egere, scribat Theflaur, decis. 222. n. 3. in f.*

XXXIII.

Nos autem, quò minus à priori sententia recedamus, non praxis solum nos monet, sed sequentes etiam Juris textus & rationes suadent: 1. l. fin § pen ff. ad S Ct. Vellei. 2. Auth. matri & avia. C. quand. mul. tut. offic. 3. l. 21 C ad S Ct. Vell. 4. Quia omnes licentiam habent his, quæ pro se introducta sunt, renunciare l. 41. de minor. l. 51. C. de episc. & cler. l. pen. C. de pact. junct. l. 2. §. 2. & 3. ff. ad S Ct. Vell. 5. quia invito beneficium obrudi non potest l. 69. d. R. I. Hanc tamen nostram assertionem ita intellectam volumus, si mulier prius in specie certiorata, seu de vi ac effectu hujus juris sibi competentis à perito Notario fuerit edocta, arg. l. 5. & l. 9. §. ult. de Transact. cui hoc postmodum Instrumento inferenti creditur, etiam si mulier negaverit renunciationem, ut dicat, se ignorate quodnam habuerit antea beneficium, modò Notarius ipsemet hocce non ignoraverit; Tum enim ratio fragilitatis muliebris, quæ causa fuit S Cti, non amplius locum habere & omnis suspicio fraudis cessare videtur. Azo. in summ. C. b. t. n. 4. & 5. Hostiens. lib. 3. c. d. fidejussor. n. 3. & omninò Gail. 2. Obs. 77. per tot. Berlich. part. 2. concl. 19. n. 33. & seqq. Hering. d. c. 7. n. 473. & seqq.

XXXIV.

4. Ex Intercessione suâ mulier firmiter tenetur, Si callidè aut dolose sic versata: Deceptis enim non decipientibus Amplissimi Ordinis Beneficium opitulatur; *l. 2. §. 3. l. 30. ff. l. 18. C. ad Sct. Vell.* & aliàs in Jure tralatitium est, promissionem in favorem alicujus factam, dolo interveniente, extinguì, *l. 9. §. 1. de minor. l. 2. C. si min. se maj. dix.* Exempla hujus rei quoad præsentem materiam extant in *l. 23. ff. §. l. 5. C. ad Sct. Vell. Duar. comm. ad d. s. c. 2. Sichard. ad rub. C. eod. n. 18. Hering. d. c. 7. n. 423.*

XXXV

5. Si mulier pro Intercessione suâ pretium acceperit: *l. 23. ff. C. ad Sct. Vell.* Hoc enim casu non tam levitate, quàm lucri utilitate ducta alienam obligationem suscepisse censetur. Duar. *d. loc.* Mulierem autèm reverà pecuniam accepisse, is, apud quem intercessit, legitimis argumentis probare debet. *d. l. 23.* De Quantitate vero pretii, quo accepto à beneficio Scti excluditur, Dd. controversant; Placet nobis eorum sententia, qui arbitrio judicis id relinquunt, cum expressè decisum non reperiatur. *arg. l. 32. de usur. §. l. 1. §. ult. de jur. delibey. Duar. & Sichard. ad loc. Hering. d. c. 7. n. 433. Treutl. d. D. 25. th. 4. lit. a. Zanger. d. c. 11 n. 143.*

XXXVI.


6. Si debitor mulieri id, pro quo intercessit, solverit: *l. 16. ff. ad Sct. Vell.* Cessat enim tunc damnum & læsio, cessabit ergò & Scti opitulatio. *arg. l. 21. ff. eod.* Loquimur a. de eo casu, quo mulier prius pro alio se obligavit, & postea demum pro ea obligatione solvenda pecuniam accepit; *d. l. 16.* Quod si namq; non post obligationem, sed in ipsa intercessione pecuniam accepit, ab initio statim in rem & utilitatem suam intercessisse censetur. *l. 15. eod. 7.* Si intercessionem suam novà cautione post biennium confirmaverit: *l. 22. C. ad Sct. Vell.* Videtur etenim ex hujusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere. Duar. Sichard. *ad loc.* Hering. *d. c. n. 440. §. 448. cum seqq. Zanger. d. c. 11. n. 123.*

XXXVII.

8. Si mulier veteri debitori heres extiterit: *l. 95. §. 2. d. solut.* Tunc enim adversus eam vel nomini debitoris Restitutoriam, vel nomine proprio Directam actionem intentari posse, Ulp. *in l. 8. §. 13. ad Sct. Vell.*


vel; afruit. *add. l. 37. de acquir. vel omit. hered. l. 24. d. V. s. l. 62. d. R. 7.*
9. Si mulier apud minorem intercesserit; Tùm, si non est solven-
do principalis debitor, SCTi auxilio illa non utetur *l. 12. de minor.*
quia magis ætatis, quàm SCTi habetur ratio *l. 17. §. f. eod. 10.* Si
ignorante creditore intercesserit, h. e. si creditor mulieri pro alio
intercedenti, ignorans cui hoc factum vellet, mutuam pecuniam
credat *l. 4. pr. l. 11. l. 12. l. 17. pr. l. 27. pr. l. 28. §. 1. ff. ad SCT. vel.*
aliàs, si & hoc casu SCTo tutæ essent, nemo cum fœminis contra-
heret. *Wesemb. π. ad d. 2. n. 6. Treutl. d. D. 25. th. 2. lit. a. C. th. 5.*
lit. d. e. ibiq. Bachov.

Tantum de nobilissima *Intercessionum Fœ-*
minarum materia hac vice dixisse sufficiat,
quam pluribus persequi necessè non solùm,
sed & jucundum fuisset, nisi, ne cancellos præ-
scriptos excessisset, subveritus fuisset: Cala-
mum igitur hîc retraho & ILLI, in cujus No-
mine hunc laborem & antea cta studia cœpi,
hæc pia verba ex sincero corde dico: Sit Tibi,
Unigenite Dei, unâ cum Patre & Spiritu San-
cto sub pari Majestate & pia Trinitate, laus
honor & gloria, per infinita
secula.





the scale towards document



quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiae se infere-
 re, sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 dem familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 1615. vagabundus quidam homo co-
 quelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Graecorum
 jactans, adjumeto intercessionu, quas
 te impetraverat, in plurimorum prin-
 s, & civitatibus ingentem pecuniae
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-
 no 1629. Mens. Martio foeminae cui-
 , ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-
 , poenam temporalis relegationis in-
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-
 u assumpto nomine Advocati cujus-
 ejus publice jactaverat, quem postea
 iudiae Senatus virgis coedi, & exilio
 tinent & huc exempla relata a *Valers*

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-
 nentem suam mutat, & se pro alio suppo-
 nit, ut apud Historicos aliosq; scripto-
 rum inter quae notissimum est illud Plau-
 ti in forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut e bello rever-
 tencubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4